



**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De operibus & actionibus: & quòd qualia quispiam facit, talia etiam  
sustineat: & quòd operibus nostris merces quoque apud Deum  
respondeat. cap. xviii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A *Vulsci ac regerere nequit, interdum ob eam causam diuinæ institiæ aculeum in subditum vocat.*

*Nemo est facinorosorum, qui non id quod iustum est, malum esse arbitretur.*

Maximi.

*Vnde que habes. Quid est, quam obrem non prompto animo quidam hoc suscipiant, ut Clemente facultates suas abyciant, affectumque erga eas atque immodicam cupiditatem, vigilias in tuis angendis, morbum, curas, spinas vita, que vita semen profocant?*

*Magnum ad virtutem impedimentum affert propositus erga res huius mundi affectus, Nili. ac sepe tum corpori, tum anime perniciem inuehit. Quid enim Naboth Israëlitam in extium coniecit? Nonne inuidiosa Vinea mortem ei accessuit, ut que vicinum Achab ad 3. Reg. 21. ipius cædem excitari? Quid autem duas tribus & dimidiam vniuersitatis impulit, ut extra Num. 32. promissionis terræ subsisterent? An non pecorum ac iumentorum multitudo? Quid etiam Lothum ab Abraham disunxit? An non armentorum ingens numerus, perpetua inter Genes. 13. pastores iurgia mouens, quoad eos prorsus a se inuidem auulsi?*

*Nulla est tam nefaria via, que non quæstus causa ineat.*

*Fortasse non animum adiecisti ad eam sententiam, quam quidam aptè ad hunc modum Iosephi extulit, Ne festines diues esse, ne statim in paupertatem incidas.*

*Hominibus illis, qui avaritiam ac parsimoniam ad extrellum usque colunt, multas diuina prouidentia detrimentorum occasiones afferre consuevit.*

*Divitiarum pulchritudo non in crumenis, sed in pauperum egestate sublevanda posita est.*

C *Nihil omnino tibi studio est, non præclara vita, non recta doctrina, non oppressorum nil: cura, non quicquam aliud preter hoc vnu, quod pecunias amas, in votis habes, ac colligis.*

*De operibus & actionibus: & quod qualia quispiam facit, talia etiam sustineat: & quod operibus nostris merces quoque apud Deum respondeat.* C A P. XVIII.

D *Vix irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum, sicut fecit, Luit. 24. sic fiet ei: fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. Qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur.*

*Fugit Adoni-bezec: quem persecuti comprehenderunt cæsis summitatibus manuum ac pedum eius. Dixitque Adoni-bezec: Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus.*

*Qui seminant mala, dolores sibi ipsi metent. Reddatur ei quæ fecit: inania nob. 4. inanibus euentura sunt.*

*Retributio labiorum eius dabitur ei. Comedent fructus viæ suæ, suisque Pro. 12. 11. consiliis saturabuntur. Auersio parvulorum interficiet eos. Qui facit bona, querit gratiam: quærentem autem mala, comprehendent eum.*

E *Qui seminat mala, metet ea: & vanitatem operum suorum consummabit. Date ei de fructibus manuum suarum.*

*Sicut fecisti, sic fiet tibi: retributionem tuam conuertet in caput tuum.*

Abdie. 1.

*Fœtus operum suorum comedent. Vix iniquo: secundum opera manuum ipsius dabitur ei.*

*Ego Dominus probans corda, & scrutans renes: vt dem vnicuique secundū Hier. 10. vias suas, & secundum fructus adiunctionum suarum.*

*Sicut fecit, facite illi. Secundum vias eorum faciam ipsi, & secundum iudicia eorum iudicabo eos: & cognoscet quia ego Dominus.*

*Per quæ quis peccat, per hac & punietur. Qui sanctitatem seruauerint, iustificabuntur.*

D. IOANN. DAMASCENI

- Ecli. 7.* Noli facere mala, & non te apprehendent. Abscede ab iniusto, & declina a peccato. Bona bonis creata sunt ab initio, & eodem modo peccatoribus mala. Qui fudit foueam, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo.
- Mat. 7.* Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condēnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Mensuram bonam, & plenam, & coaceruatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Quia enim mensura mensi fueritis, remetietur vobis.
- Gal. 6.* Nolite errare: Deus non irridetur. Quia enim seminauerit homo, haec & metet. Quia qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam.
- Eph. 6.* Vnusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, siue seruus, siue liber.

- Basil.* Bona est spes misericordiae. Etenim potestas Dei est, & tibi Domine misericordia: quia tu reddes unicum iuxta opera sua.
- Psal. 61.*
- Marci. 4.* Quia mensura mensi fueritis, inquit, eadem etiam remetietur vobis. Fratrem oppresisti? Idem expecta. Huius bona eripuisti? Pauperes pugnis contulisti? maledictis proscidiisti? calumniis affersisti? falsis sermonibus leceisti? alienus lectis insidiis comparasti? petieristi? patrum terminos transflusti? in pupillorum bona inuasisti? Vi duas oppresisti? presentem voluptatem bonis in pollicitatione reconditus potiore habuisti? Pares vices expecta. Qualia enim quisque seminat, eadem & metet. Eodem modo si quid a te boni factum est, huius quoque uerem & amplam expecta mercedem.
- Cyrilli.* Iustum Dei iudicium affectionibus nostris exaequatur. Et qualia sunt que gessimus, tales nobis rependuntur. Neesse est enim id quenque metere, quod seminauit: neque alter fieri potest. Semen porrò est humana voluntas, animique inducitio: meus autem merces ea, que huic animi inductioni persoluitur.
- Dignam semente messem facis. Acerbitatem & crudelitatem seminasti? Manipulos collige.*

De felicitate & infelicitate: & quod nec ob prosperos successus quisquam animis efferriri debeat, nec ob aduersos demitti. C A P. XIX. I

- Pro. 30.*
- Ecli. 11.* ENDICITATEM & diuitias ne dederis mihi, sed tantum vietui meo tribue necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis est Dominus? aut egestate compulsus, furer, & periurem nomen Dei mei.
- 18.* In die bonorum ne sis immemor malorum: & in die malorum ne sis immemor bonorum. Memento paupertatis in tempore abundantiae: & necessitatem paupertatis in die diuitiarum. A manè usque ad vesperam immutabitur tempus: & haec omnia citata in manu Dei. Homo enim sapiens in omnibus metuit. In bonis viri inimici eius in morte sunt: & in malis eius amicus quoque ab eo separabitur. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habere: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibles in camino humiliationis.

- Basil. in Princ. Pro- uerb.* Gubernatore homini opus est, ut & tranquillis huiuscemde vita rebus atque ad ipsius voluntatem fluentibus, mutationes expectet, ac non in presentibus rebus, tanquam si immortales essent, acquiescat: rursus in aduersis rebus animum non despondeat, nimiaque tristitia absorptus, pessum eat. Nam nec corporis sanitas, nec iuuenilis etatis flos, nec domus opes atque copia, nec denique reliqua vita felicitas diuina est. Verum in vita huiuscemde serenitate rerum quoque tempestatem expecta. Veniet enim morbus, veniet paupertas, non semper